



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

153. Parabola nona, Servi, cui dominus omne debitum dimisit.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

D. N. IESV CHRISTI. 143  
familias, qui profert de thesauro suo nova &  
vetera. *Matth. 13. v. 51. & 52.*

## MEDITATIO CLIII.

*Parabola IX. Servi, cui dominus omne  
debitum dimisit.*

I. **A**ccedens Petrus ad IESUM, dixit: Do-  
mine, quoties peccabit in me frater  
meus, & dimittam ei? usque septies? Di-  
cit illi IESUS: Non dico tibi usque septies;  
sed usque septuagies septies. Ideo assimila-  
tum est regnum caelorum homini regi, qui  
voluit rationem ponere cum servis suis. Et  
cum coepisset rationem ponere, oblatus est  
ei unus, qui debebat ei decem millia talenta.  
*Matth. 18. v. 21. 22. 23. & 24.*

II. Cum autem non haberet, unde red-  
deret, iussit eum dominus ejus venumdari,  
& uxorem ejus, & filios, & omnia quae ha-  
bebat, & reddi. *Matth. 18. v. 25.*

III. Procidens autem servus ille, ora-  
bat eum, dicens: Patientiam habe in me, &  
omnia reddam tibi. Misertus autem domi-  
nus servi illius, dimisit eum, & debitum  
dimisit ei. *Matth. 18. v. 26. & 27.*

ME-